STEPHANVS

DEI gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæqꝫ etc. Princeps Transsyluaniæ.
Significamus tenore præsentiu quorumcunqꝫ interest aut intererit, vniuersis et singulis. Quia nos ad supplicationem, per certos Consi,
liarios nostros, ex parte Famatorum Alberti Cyranij Rauani, et Antonij Senioris Consulum Skrzinnensiu, à reliquis Conciui,
bus et Vicinis suis, Oppidanis Skrzinnen. Abbatiæ Sulcioiuien. ad nos, tam in ijs, quam alijs etiam negotijs, ablegatoru, interposita,
volentesqꝫ, more Serenissimoru prædecessorum nostroru, qui hoc ipsum Oppidu in Terra Sandomiriensi situm, pro sua clementia
prærogatiuis ornare consueuerant, conditionem eiusdem, tempore etiam Regiminis nri facere meliorem, in ipso Oppido Skrzijn
forum Annuale pro festo Sanctæ Catharinæ, singulis Annis celebrandum, siquidem absqꝫ præiudicio aliarum Ciuitatum et Op,
pidorum vicinorum et futurum sit, indiximus et instituimus, indicimusqꝫ et instituimus, seu alijs foris Annualibus ibid.
celebrari solitis, addimus et adijcimus hisce lris nris perpetuo et in æuum: Ab omnibus et singulis Mercatoribus Vectoribus,
et cuiuscunqꝫ status hominibus, sexus et conditionis existen. more aliorum Oppidoru Regni nri, tenendum seruandum, et rea,
liter exercendum. Decernimusqꝫ præsentis scripti patrocinio, vt omnes et singuli homines, quicunqꝫ ad huiusmodi Nundinas, siue
forum Annuale, pro præfato festo Sanctæ Catharinæ, ad prædictum Oppidum Skrzinnen. gra emendi, vendendi, mercandi,
res pro rebus, merces pro mercibus comutandi accesserint, in accedendo et redeundo, nostra et successorum nostroru plena,
ria potiantur et gaudeant libertate, nisi tales sint quos iura fouere non permittunt, et quibus merito proboru et fideliu consortia
deneganda sint. Atqꝫ in horum omnium et singulorum fidem et euidens testimoniu sigillum nostrum pntibus est appensum
Dat. Varsouiæ in Conuentione generali Regni die decimaseptima Mensis Ianuarij. Anno Dni Millesimo Quingentesimo

7.



STEPHANUS

DEI gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniaq; etc. Princeps Transyluaniæ
Significamus tenore præsentiu quorumcunq; interest aut intererit, vniuersis et singulis. Quia nos ad supplicationem, per certos Consi-
liarios nostros, ex parte Famatorum Alberti Cyranij Rauani, et Antonij Senioris Consulum Skrzinnensiu, à reliquis Conciui-
bus et Vicinis suis, Oppidanis Skrzinnen Abbatiæ Sulciouien, ad nos, tam in ijs, quam alijs etiam negotijs, allegatoru, interposita,
volentesq;, more Serenissimoru prædecessorum nostroru, qui hocipsum Oppidu in Terra Sandomiriensi situm, pro sua clementia
prærogatiuis ornare consueuerant, conditionem eiusdem, tempore etiam regiminis nri facere meliorem, in ipso Oppido Skrzyn
forum Annuale pro festo Sanctæ Catharinæ, singulis Annis celebrandum, siquidem absq; præiudicio aliarum Ciuitatum et Op-
pidorum vicinorum et futurum sit, indiximus et instituimus, indicimusq; et instituimus, seu alijs foris Annualibus, ibid
celebrari solitis, addimus et adijcimus hisce lris nris perpetuo et in æuum: Ab omnibus et singulis Mercatoribus Vectoribus
et cuiuscunq; status hominibus, sexus et conditionis existen, more aliorum Oppidoru Regni nri, tenendum seruandum, et rea-
liter exercendum. Decernimusq; præsentis scripti patrocinio, vt omnes et singuli homines, quicunq; ad huiusmodi Nundinas, siue
forum Annuale, pro præfato festo Sanctæ Catharinæ, ad prædictum Oppidum Skrzinnen, gra emendi, vendendi, mercandi
res pro rebus, merces pro mercibus comutandi accesserint, in accedendo et redeundo, nostra et successorum nostroru plena-
ria potiantur et gaudeant libertate, nisi tales sint quos iura fouere non permittunt, et quibus merito proboru et fideliu consortia
deneganda sint. Atq; in horum omnium et singulorum fidem et euidens testimoniu sigillum nostrum pntibus est appensum
Datæ Warsouiæ in Conuentione generali Regni die decimaseptima Mensis January. Anno Dni Millesimo Quingentesimo
septuagesimo octauo. Regni vero nri anno secundo.

7.

Stephanus Rex

Anni 1262 41.12

Forum Annuale pro Festo S^ctæ
Catherinæ Virg. et Mart. a Ser^smo
Stephano Rege Poloniæ concessum
A^o. 1578. 17. Janua-
riæ 1578.

N 12

N 3